

datur, vel durat usque ad illud tempus. Istud autem est probabile, quia Ecclesia tenet quod hæretici est dicere legalia currite cum lege Evangelica, ut habetur *Extra de Baptismo*, & *quæ est* cap. *Majores*, ubi dicit Innocentius. *Abiit ut in illam damnatam hæresim incidamus, quæ peperam affirmabat legem cum Evangelio, & Circumcisionem cum Baptismo servandam.* Non autem videtur, quod Ecclesia hoc iudicaret hæreticum ex sola omissione Judæorum quadam necessitate dispensationis, seu hujusmodi non servantium legem: sed videtur quod hoc fuit propter aliquam revocationem simpliciter tacitam a Deo.

Ad argumenta pro opinione præcedente. Ad primum, cum dicitur, quod Circumcisio non fuit ante mortem Christi revocata, verum est tanquam inutilis, & illicita, sed bene tanquam relaxata, ut jam non esset necessaria, quia consilium de alio remedio relaxavit præceptum de priori. Ex quo enim secundum fuit remedium simpliciter, & consuevit, licuit, immo laudabiliter licuit non uti remedio priori circa idem. Ad illud Joan. 19. *Confirmatum est*: Dico quod hoc intelligitur de his, quæ scripta sunt de filio hominis, juxta illud Luc. cap. 18. *Eccc ascendimus Hierosolyam, & confirmabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis.* Vel si illud referatur ad antiquam legem, sic debet intelligi. Continuumatum est in usum. Nam mors Christi cauta erat confirmationis legis Evangelicæ; sed illa non fuit confirmata, tanquam necessaria ad observandum ante predicationem ejus publicam, quæ non incipit in passione, sed in Pentecoste; tempore enim intermedio sedebat in cæculo, nemini solemniter vel publice prædicans.

Ad argumenta principalia. Ad primum dico, quod in lege etate moralia, sive legalia, judicialia, & cæremonialia, & quantum ad quodlibet istorum potest intelligi verbum Christi, *Non veni solvere* &c. quia Decalogus simpliciter manet, sed perfectius exponitur quam Judæi intelligunt, ut patet Mat. 5. *Audistis, quia dictum est antiquis, Non occides. Ego autem dico vobis: Quicumque dixerit fratri suo racha &c. Et: Non machaberis &c. Ego autem dico vobis: Quicumque vidit mulierem ad concupiscendum eam &c. Judicialia autem manent, non in se, sed in æquipollenti quantum ad usum. Finit enim judicialium erat pacifica cohabitatio hominum; & mores autem Evangelicæ plus valent ad pacificam conversionem, quam lex talionis: magis enim servatur pax, si non percutias percutientem, quam si oculus pro oculo, & dens pro dente reddatur. Unde breviter rulum judiciale illius legis (quæ illius legis) ligat nunc: Licet tamen bene Principibus nunc statueri aliqua quæ erant in lege Moyfi; & illa ligant auctoritate Principis nunc statuentis, non auctoritate legis veteris. Sicut licet uni regi in regno suo statueri leges, quæ est in alio regno: sed illa non ligat ibi, quia lex est alterius regni, sed quia instituta hic ab isto rege.*

Cæremonialia autem non manent in se, sed in suis significatis quia umbra transit; & veritas succellit. Omnes enim illæ purificationes signi-

significabant purificationem a peccato, & illæ oblationes figurabant oblationem perfectam Christi, & actus quosdam læritæ, fidei, spei, & charitatis in Deum: & hæc sunt completa, hostia illa jam oblara, & pro eam peccatis purgatis; & mentibus in cultum Dei directis. Dico ergo: quod non venit solvere legem, vel Circumcisionem quantum ad fructum ad quem erat instituta, immo perfectam eam, copiosius remedium, & longe perfectius insinuando, ut dictum est in declarando supposito illius quæstionis.

Ad confirmationem, cum dicitur, Christus in se fuit circumcisus. Respondeo, non oportuit legalitatem statim circa nativitatem suam legem ferre. Et ideo in principio sui temporis lex prior adhuc duravit, unde & illa quæ fuerunt legis nature ierunt observanda circa Moysem usque ad tempus cætionis legis in monte Sinai, ita hæc. Et eodem modo potest dici de agni Paschalis commensio in cæna, quia in morte Christi casualiter expiravit lex veteris, sicut non pro tunc, sed pro tempore publicationis hujus vetus & legis Evangelicæ. Et ideo usque ad mortem potuit Christus licite illa cæremonialia servare.

Ad secundam, potest exponi scdus sempiternum in se, vel in æquivalente: vel forte magis ad intellectum literæ, quod erat scdus sempiternum inter Deum & Abraham, & specialiter ejus semen: quia nunquam fuit aliquid signum specialiter inter Deum & illud genus: & tamen futurum erat aliquid signum fœderis inter Deum & totum genus humanum, & melius erat femini Abraham, transiit in illud scdus commune, quam remanere sub signo fœderis specialis: quia melius est partem esse intoto cum simpliciter bene fit, quam esse distinctum a cæteris partibus ut sibi aliquater bene fit, & aliis male.

Ad tertiam patet, quia quantum ad Gentiles conversos, præceptum de Circumcisione erat revocatum in tertio Concilio auctoritate Petri & Jacobi, immo Spiritus Sancti, quia ait Jacobus ubi *Vijum est nobis & Spiritui Sancto* (a). Quantum autem ad Judæos supponitur aliquid revocata, licet tempus revocationis non fuit simpliciter explicitum in Scriptura.

DISTINCTIO IV.

Postquam Mafister egit de Baptismo quantum ad eius intrinsecam, hic agit de suscipiendibus Baptismum: & consistit tota determinatio illius distinctionis in declarando quadam distinctionem trinitarem de suscipiendis: (b) quæ est, quod aliqui recipiunt Sacramentum & rem; alii Sacramentum & non rem; aliqui rem & non Sacramentum; & dividitur in tres. In prima, hujus divisionem ponit. In secunda, eam exponit. In tertia circa eam dubitationes movet, & ponitur secunda ibi: (*Sacramentum & rem*) tertia ibi: (*Solus quæri de illis*). Prima pars manet indivisa. Secunda dividitur in tres fœ-

cun-

cundum tria membra quae declarat. Secundum membrum ibi: (*si vero sine fide*) Tertium ibi: (*Sunt & alii*). Et utraque istarum partium habet duas, quia primo declarat veritatem, secundo obicit, & solvit, & contra dicta in declaratione secundi membri ponit duas objectiones. Prima est ex auctoritate Augustini ibi: (*Videtur tamen Augustinus*) secunda ex auctoritate Apostoli ibi: (*Quartus quomodo*). Contra etiam dicta in declaratione tertii membri ponit duas dubitationes. Prima ibi: (*Ibi autem videtur*) Secunda ibi: (*Sed dicunt aliqui*). Tertia pars principalis dividitur in duas, secundum duas dubitationes, quas movet. Prima movetur circa tertium inebitum, & ponitur ibi: (*Soleat quari &c.*) secunda movetur circa secundum membrum ibi: (*Soleat etiam quari*). Primum membrum, scilicet suscipere rem & Sacramentum, certum est quod convenit parvulis. Secundum, scilicet Sacramentum & non rem, certum est quod tantum convenit adultis. Tertia in membrum potest comperere utriusque, quia utriusque possunt habere Baptismum sanguinis & flammis. Secundum hoc ergo, primo querendum est de parvulis. Secundo de adultis. Tertio simul de utriusque. Quantum ad parvulos tria quero. Primo, utrum parvuli sint baptizandi. Secundo, utrum parvuli baptizati, recipiant effectum Baptismi. Tertio, utrum parvulus existens in utero matris possit baptizari.

QUÆSTIO I.

Utrum parvuli sint baptizandi.

AD primum arguitur quod non, quia Baptismus est remedium contra peccatum: sed parvuli non habent peccatum, quia nec usum rationis, vel voluntatis: & secundum Augustinum de vera religione, *Peccatum adeo est voluntarium, quod si non sit voluntarium, non est peccatum*: ergo, &c. Item Matthei ult. *Qui non crediderit, condemnabitur*. Parvulus non potest credere: ergo per Baptismum non potest salvari: ergo frustra baptizatur.

Contra, Augustinus de fide ad Petrum: (*a*) *Firmissime tene parvulos, qui sine Sacramento Baptismi de hoc seculo transierunt, aliter non supplicio puniendos; quia originale peccatum in carnali conceptione contraxerunt*.

Hic mit error Pelagii quod parvuli non habent peccatum originale. De hoc & ejus improbatione tacitum est *lib. 2. dist. 30.* Tunc ergo oppositum, quia cum secundum Scripturam, & fidem parvuli contrahant originale peccatum; ad ejus deletionem, quae necessaria est ad salutem, sunt baptizandi, quia tempore legis Evangelicæ Baptismus institutus est in remedium contra illam culpam. Ad primum argumentum, illa auctoritas Augustini debet de actuali peccato intelligi, & illo modo peccatum originale fuit in primo parente voluntarium;

rium; non tamen oportet quod quodcumque peccatum sic voluntarium voluntate illius in quo est. Ad aliud, patet quod debet intelligi de adultis, per illud quod precedit: *Qui crediderit & baptizatus fuerit*. Vel potest dici quod qui non crediderit nec actu, nec habitu condemnabitur, quia secundum Apostolum Hebr. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo: credere enim oportet accedentem ad Deum*. Parvuli autem, etsi non possunt habere actum credendi, possunt tamen habere habitum, ut in sequenti quaestione dicitur: ideo non valet.

QUÆSTIO II.

Utrum parvuli baptizati recipiant effectum Baptismi.

AD secundum sic proceditur, & arguitur quod parvuli baptizati non recipiunt effectum Baptismi, quia talis effectus est gratia: Parvuli non recipiunt gratiam; quia non iudicant sine fide, *quia sine fide impossibile est placere Deo*, ut habetur Hebr. 11. Sed parvuli non recipiunt fidem, quod probatur. Primo auctoritate Apostoli Rom. 10. *Fides est ex auditu*, parvuli non possunt sic accipere fidem. Secundo probatur ratione, quia habens habitum potest ut eo cum voluerit non impeditur: parvulus baptizatus cum venerit ad usum rationis, non potest uti habitu fidei, quia non potest exire in actum credendi articulos fidei. Et confirmatur istud, quia habens habitum se habet aliter ad actum, quam non habens: aliquo enim modo habitus se habet ad actum, & secundum illum modum differens habens a non habente: parvulus baptizatus nullo modo aliter se habet ad actum credendi, quam si non fuisset baptizatus: quia si baptizatus nutritur inter infideles, & ab eis doceatur, similiter acquiescit errori credens, sicut alius non baptizatus, si etiam non baptizatus nutritur inter fideles, & in lege eorum doceatur, similiter acquiescit illi legi, sicut alius baptizatus. Si ergo nullo modo aliter se habet ad actum credendi baptizatus, a quam non baptizatus, nullo modo habet habitum fidei. Si vero responderetur quod habitus acquisitus aliquo modo se habet ad actum, non sic autem iniustus. Contra hoc, & ad confirmationem principalis argumenti, quia si Deus infunderet alicui habitum Geometricum, concurrentibus ibi rationibus terminorum Geometricorum, posset ex illo habitu assentire veritatibus Geometricis: ergo si simili in proposito ex fide iniusta, si adest, posset habens assentire occurrentibus rationibus terminorum: & ita apprehensa ratione mortuus, & resurrectionis posset aliquid assentire, hinc veritati, mortui resurgens, cuius oppositum expectarimus. Tandem confirmatur propositum, quia cum habitus de aliquo tam facilitatem, & delectationem in operis ex *secundo Eib.* Nullus autem facilius, nec delectabilius operatur contra habitum suum, quam

a *B. ad hoc non respondet Doctor sed negatur similitudo quia arguit ab habitu non more in solo ut est Geometricus ad habitum vere infusum. ad fidem infusam.*

secundum eum: sed parvulus baptizatus postquam fuerit adultus, facilius dissentit a credibilibus quam consentiat, ut experimur: ergo &c. Item ad principale: Nullus recipit gratiam a Deo, nisi aliquo modo sibi conjungatur: nam actualiter avertio, & omnino in disposito Deus non dat gratiam. Prima autem conjunctio ad Deum fit per fidem; ergo non habenti illam non datur gratia: parvulus non habet eam ante baptismum: ergo non datur ei in Baptismo. Contra August. in Enchirid. *A parvulo recentem nato usque ad decipitum, si quis nullus prohibetur a Baptismo, ita nullus est qui non moriatur peccato in Baptismo: sed nullus moritur peccato nisi recipiat gratiam; ergo &c.*

Ad questionem dico, quod sicut est creditum parvulo in Baptismo originale dimitti, ita & creditum est sibi gratiam infundi; quia ut dictum est in questione de Circumcisione, Deus pro statu naturae lapsae nulli remittit culpam, nisi cui dat gratiam: nullum enim liberat a perditione, nisi quem ordinat ad hoc ut sit filius regni. Ad primum argum. n. licet Deus de potentia absoluta posset dare gratiam sine fide (ponendo quod sit duo absoluta simpliciter distincta) tamen quia *Dei perfecta sunt opera*, Deuteron. 32. & quando hominem sanat, totaliter sanat. Ideo conceditur, quod non injunditur gratia parvulo sine fide, & sine spe. Illa autem probationes quae sunt contra hoc de fide, locum habent in: *libro a distinctione 23.* Probant enim nullam esse fidem infusam: & ideo ibi habent solvi, sicut ibi habet declarari propter quid ponenda est fides. Vel enim ponitur habere aliquam causalitatem respectu actus, & tunc actus non posset esse talis, sine ea, qualis est ipsa posita. Vel nullam, & tunc manifestum est quod ex actu non posset perpendi fides ineffe. Sed etsi aliquam causalitatem habeat, adhuc hoc posset esse dupliciter, vel praecisam, scilicet quod nulli alii posset competere, vel non praecisam, pura si talis causalitas posset competere fidei acquisitae.

Et si primum illorum penetraret, posset forte certitudinaliter fides cognosci ineffe, per hoc quod aliquis cognosceret talem conditionem suo actu ineffe, quae non posset in esse sine fide infusa. Si secundum ponatur, simpliciter non posset cognosci fidem infusam ineffe ex actu, neque ex aliqua conditione ipsius actus: & tunc esset dicendum, quod licet nihil sit in actu, nec pertinens ad actum in quo distinguatur habens fidem a non habente, ac per hoc non posset esse notum secundum rationem naturalem, tamen ineffe, tamen hoc est creditum: & sic posset dici generaliter quod nulla virtus supernaturalis posset probari ineffe, neque ex actu aliquo, neque ex aliqua conditione alicuius actus: sed nec forte in universali posset probari per rationem naturalem, aliquam virtutem supernaturalem ineffe. De istis amplius in 3. lib. in materia de virtutibus dictum est. Ad secundum principale dicitur, quod parvulus conjungitur Deo pro fide parentum. Contra, ponit parentes haereticos, vel infideles. Dicitur adhuc quod per fidem Ecclesiae. (a) Contra, esto quod in Ecclesia militante nullus esset fide-

lis,

a Alex in 4. paravul. tit. de Baptis. cella de baptizandis q. 2.

lis, tamen intenderet facere quod Christus fecit parvulus adhuc vere baptizaretur & reciperet gratiam. Dico ergo ad argumentum, quod de facto nulli datur gratia nisi per aliquam causam meritariam, quae meretur conjunctionem ejus primam cum Deo, & hac causa meritoria est Christus, sed praeter istam non oportet date aliam intrinsecam in recipiente, qua conjungatur Deo, antequam recipiat gratiam.

QUESTIO III.

Utrum parvulus exiens in utero matris possit baptizari?

AD tertium sic proceditur, & arguitur quod parvulus in utero possit baptizari, quia Jonam Dei perfectus est, quam peccatum Ade, ut patet Rom. 5. (a) Parvulus autem in utero matris potest ibi peccato Ade: ergo potest perfici dono Dei & sic recipere Sacramentum perfectius. Item parvulus in utero potest liberari a servitute temporalis. Patet ex manumissione matris: ergo &c. potest ergo ibi baptizari. Item Rom. 11. c. *Si radix sancta & rami: Mater sancta comparatur arbori, ramus autem dicitur proles in utero: ergo &c.* contra Corin. prima 15. *Non prius quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale: ergo prius oportet nasci carnaliter quam spiritualiter renasci.* Item, ut vult Hieronimus: *Qui natus secundum Adam non est; renasci per baptismum non potest.*

Dicitur quod non, quia parvulus in matris utero coniungitur est causae suae corruptionis: (b) tale autem hic conjunctum non potest mundari dum conjungitur est. Contra, quia caro matris in parvulo non est causa corruptionis, nisi mediata; caro autem ipsa parvuli est causa immediata, loquendo de corruptione originali: (scilicet enim cum anima parvuli informet carnem ejus, inicitur illa corruptione) immediatius ergo causat corruptionem istam in parvulo caro sua, quam caro matris. Si ergo stante conjunctione ad causam corruptionis non posset purgari ea per te, sequitur quod parvulus habens carnem suam propriam nunquam a peccato originali potest purgari, quod est contra fidem. Item, licet parvulus in utero matris sic conjungatur matri localiter, tamen est distinctus ab ea personaliter, quia habet aliud corpus & aliam animam: sed distinctio personalis sufficit ad distinctionem secundum peccatum vel iustitiam, & non iustitiam; nam peccatum & iustitia infunt isti persone secundum quod haec, non quia in tali vel tali loco: ergo non obstante illa conjunctione locali propter distinctionem personalem potest parvulus esse iustus, licet mater qualitercumque habeat se ad iustitiam. Item, si non posset cum conjunctione ista ad causam corruptionis rare gra-

a Bar. Hac propositio est falsa, quia in qualibet bona comparatione ambo extrinseca comparanda debent de tertio participare, modo peccatum Ade non est perfectum, speculari, & iustitia Deuter.

b Frater Pet. de Sacram. lib. 4. c. 9. §. 1. proble. 2. q. 1. in sol. 2.

gratia in parvulo: ergo non potest parvulus in utero habere Baptismum flaminis, vel sanguinis, quorum utrumque est saltem. De flamine patet de Hieremia: *Hierem. 1.* & de Joanne Baptista: *Luce. 1.* & de matre Christi hoc tenet firmiter Ecclesia. De secundo patet per hoc, quod si quis persequitur matrem gravidam, eadem de causa persequitur parvulum in utero eius: ergo si mater occiditur pro justitia, similiter & parvulus. Si autem parvulus occiditur extra uterum, haberet Baptismum sanguinis, si pro justitia vel fide occideretur etiam non baptizatus: ergo eodem modo rationaliter est quod Deus non contemnet eum pro simili causa in utero matris passum. Ex hoc potest argui contra opinionem, quia si parvulus potest habere Baptismum flaminis: ergo potest habere purgationem a peccato originali: sed conjunctus matri, quia est causa corruptionis, per te potest habere Baptismum flaminis: ergo &c.

Ad questionem dico, quod vel puer secundum omnes partes est in utero matris; vel secundum aliquam partem: apparet extra uterum. Si per mo modo, dico quod non potest baptizari, non propter rationem proxiem: quia conjunctus est causa corruptionis, sed quia Baptismus est locio, vel ablutio in aqua; sed parvulus sic in utero non potest lavari, quia nec fide immediate tangi ab aqua. Ex hoc sequitur corollarium, quod si parvulus corio involueretur; & illud non retur in aqua, ita quod aqua non tangeret corpus, non esset baptizatus; sed si tangeretur aqua, bene. Sed projectus de ponte, non; quia hoc non est ad vitam ordinatum, vel lotionem, sed ad mortem. Si secundo modo fuerit: apparet pars principalis, ut caput, & tunc potest baptizari in illa parte, & in hoc etiam simpliciter baptizari: non enim verisimile quod in die Pentecostes quando baptizati sunt tria millia, *Act. 2.* quod quilibet quantum ad totum corpus suum lavaretur aqua, sed prae ceteris quantum ad faciem aspergendo, vel quantum ad caput per undendo. Et in isto casu si post puer nasceretur, non oporteret ipsum baptizari. Si autem apparet pars minus principalis, scilicet manus, vel pes, illa est baptizanda, quia ibi est tota anima, licet non omnis sensus, sicut in capite. Et si hoc minus sufficeret ad hoc ut esset simpliciter baptizatus, finaliter postea vivus, esset sub conditione baptizandus, ut docetur *Extra de Baptismo, & eius effect. cap. De quibus* & *Credendum*: enim est quod Deus superet illud quod impotentia impeditur: talis enim etiam mortuus nascitur, sepeliendus est in terra benedicta, ratione dicta.

Ad primum concedo quod Deus per donum suum, potest justificare parvulum non natum sicut fuit de Hieremia, Joan. Baptista, de Virgine Maria: sed non per illud Sacramentum, quia dum est in utero matris capax non est hujus Sacramenti. Ad secundum dico, quod quantum ad servitutem temporalem, filius dum est in utero, non est distinctus a matre: non enim habet dominus dominium in parvulo nisi, quia in matre: sed quantum ad servitutem, vel libertatem spirituales non est simile, quia ista respicit distinctam personam: parvulus autem in utero est ita distinctus in persona a matre, sicut extra uterum.

tum. Ad tertium concedo, quod iustus inquantum est aliquis arboris, sequitur conditionem arboris: tamen inquantum est aliquis in se, potest habere conditiones oppositas arbori in se: potest enim fructus esse molli, & arbor dura. Sic in proposito, quia iustitia & iniustitia respicit personam in se, non ut conjunctam, vel divisam in localiter respectu alterius persone; & ideo iustitia potest competere proli, licet non matri, & e contrario. Aliter potest dici ad intentionem Apostoli, sed hoc sufficit hic.

Ibi enim 1. cap. reprehendit (a) Romanos ab insultatione Iudeorum, dicebant: Judaeos esse ramos excisos, & aliquos inferios, propter hoc dicit aliquos Judaeos bonos esse, & non excisos, sed naturales ramos, sic dicendo. Si radix sancta est id est Patriarcharum, qui fuerunt quasi radices plebis Judaicae, & rami, scilicet Sancti, patres de Apostoli, qui fuerunt Iudei.

Circa secundum membrum distinctionis de recipiente Sacramentum, & non rem Sacramenti quod precise convenit adultis, sunt duo. Primo, utrum adultus non consentiens possit recipere effectum baptismi. Secundo, utrum adultus sicut recipiat effectum baptismi.

QUAESTIO IV.

Utrum non consentiens possit recipere effectum baptismi?

AD primum arguitur quod non: Nullus dissentiens contrahit Matrimonium carnale; ergo nec spirituale, quia ibi non minus, sed magis requiritur consensus spiritualis: in baptismo autem contrahitur quoddam Matrimonium spirituale, quia anima desponsatur Deo; ergo &c. Item, magis nocet baptizatio malitia sua; quam minister baptizantis; sed in baptizante requiritur non tantum consensus, sed intentio baptizandi; ergo multo magis requiritur consensus baptizanti. Item in baptismo sic quoddam votum abrenunciandi satanae, & adherendi Deo; sed nullus invitus vel dissentiens vover, vel se obligat: (b) ergo &c. Item Augustinus. Sicut patris respondet pro parvulo; ita adultus respondet pro seipso; sed si patris non consentiat, parvulus pro quo respondet non baptizatur; ergo &c. Videtur enim consensu baptismi in virtute responsionis illius, quia ad questionem illam, *Vis baptizari*; respondet patris, *Volo*; & subiungit Sacerdos, *& ego te baptizo* &c. quod autem fit sub conditione, si conditio non existat, nihil est. Contra. *Extra de Baptismo & eius effect. cap. Maiores*. Qui reprobis, atque supplicis violenter attrahitur, non detrimentum incurrit baptismi suscipi Sacramentum talis; sicut & is qui sicte ad baptismum accedit, characterem suscipit Christianitatis inpressum, & ipse tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est ad observationem fidei Christianae; ergo absolute non volens recipit Sacramentum baptismi.

Tom. IV.

G

Hic

Hic diſtinguo tam ex parte ejus qui dicitur adultus, quam ex parte ejus qui dicitur non volens. De primo, aut adultus non utitur nunc ratione, nec eſt uſus unquam, ut iuſtus vel ſanus aſſeruat: aut non utitur nunc ratione, ſed aliquando eſt uſus: aut tertio nunc utitur aſſeruat ratione. De primo breviter dicendum eſt, ſicut d. parvulo niſi quod in hoc eſt differentia, quod ſi ſperatur ipſum aliquando curandum, & uſurum ratione, expectandum eſt tempus illud, ut cum majori reverentia ſuſcipiat Sacramentum. Si autem deſperatur de eo quod ad uſum rationis nunquam attingat, ſtatim conferendum eſt ſibi Sacramentum, quia nulli Deum excludit remedium ad ſalutem.

De ſecundo, ſcilicet nunc non utente, qui aliquando tamen uſus eſt ratione, dico, quod ſupponitur nunc habitualiter conſentens, vel diſſentens, ſecundum quod ſe habuit in ſanitate ante illud impedimentum immediate. ſcilicet: ſi tunc aduſter conſenſit, iudicatur nunc habitualiter conſentens: ſi tunc aduſter diſſenſit, nunc iudicatur habitualiter diſſentens. Et dixi *immediate*, ita quod inter aduſum illum, & illud impedimentum non intervenit motus voluntatis oppoſitus: & ſic univerſaliter dicit, quod ille habitualiter ſe habens, poteſt recipere Sacramentum, ſicut parvulus quando actu ſuo vel ſic ſe habuit: qualiter autem aduſter ſe habens poſſit baptizari, ſtatim dicitur in tertio membro. Sed expedit ne talem baptizari ſimul enim licent quæ non expediunt. *Corin. 16. c.* Reſpondeo, ſi ſperetur, cum iudicatur ad uſum rationis, magis expedit tempus expectare, quo uteretur ratione, puta de dormitione, rempoſ vigilia expedit expectare, & de ſurioſo tempus lucidi intervalli. Si autem non ſperetur, puta de eo qui incidit in perpetuum impedimentum uſus rationis, cum expedit baptizari, ſi tamen eſt capax baptiſmi, quia aliis exponeretur periculo damnationis. Qualiter autem fit capax, ſtatim dicitur de utente ratione. De tertio membro, ſcilicet de adulto utente ratione, diſtinguo de eo quod ponitur in quaſtione, *non conſentens*, quod poteſt intelligi contrarie, vel negative. Negative, tantum negat aduſalem conſenſum; contrarie vero ponit aduſalem diſſenſum, & patet diſtinctio, quia non eſt idem non velle & nolle; ſi autem accipitur *contrarie* pro diſſentiente actu, aut diſſentit ſimpliciter, aut ſecundum *quid*; & intelligo *ſimpliciter*, ſicut eſt expoſitum in 3. lib. quod ille, (a) qui ut fugiat aliquod incommodum vult aliquid; ſimpliciter vult illud, ſicut proſiciens merces in mari, ut fugiat ſubverſionem, ſimpliciter vult proſicere merces. Nam potentiam ſuam motivam ad proſiciendum voluntas movet impetando, & ipſa ſeipſam libere movet, quia copæ non poteſt. ſimpliciter ergo volens proſicere, ſed ſecundum *quid* volens, hoc eſt, ſub conditione non volens, quia nolle ſi poſſet alio modo ſalvare vitam. Si ergo ille fit utroque modo diſſentientis, dico quod non recipit Sacramentum, quia Deus per ſapientem dicit Proverb. 23. *Fili probe miſi cor tuum*, volens aliquid omnino invitum adſcribi familie ſuæ, ſuſcipiens autem baptiſmum adſcribitur per hoc familie Chriſti. Nec oportet hic diſtinguere

ſingulare de reclamante, ſive proteſtante ſigno exteriori ſuam diſſenſum, & de non reclamante: quia in rei veritate ſi eſt diſſentis, omnino idem eſt quod ad Deum: tamen quantum ad iudicium Eccleſie iudicantis de maniſeſtis, & cum qui tacet (a) præſumtis conſentit, non cogitur reclamans ad obſervantiam religionis Chriſtiane, cogitur autem non reclamans. Nec in hoc poteſt argui Eccleſia quod illi nolenti, tamen non reclamanti hæc injuria: minus enim malum eſt ſibi, quod invitus ſervet legem Chriſtianam, quam quo inquit permiſſatur agere contra eam, & qui minus malum eſt invitum aliqua bona facere, & mala fugere quam libere & impone mala agere, & bona diſmittere. Si autem ſecundum *quid* diſſentit, ſed ſimpliciter conſentit, & hoc non tantum in illam abſolutionem, tanquam in quoddam balneum, ſed in abſolutionem eo modo quo illam intendit facere Eccleſia, ille ſimpliciter recipit Sacramentum, quia ſimpliciter ille volens, ſicut ſecundum *quid* volens, & de tali loquitur illud concilium Tolcanum; quod allegatur *Extra de Baptiſmo, 7. c. ejus eſt. c. Majores*. Quod illi qui jam pridem ad Chriſtianitatem coacti ſunt, quia jam conſtat Sacramenti divinis aſſociatos, oportet ut ſuam quam neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur, non nomen Domini blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperunt, contempnibilis habeatur. Exemplum hujus, qualiter aliquis poteſt conſentire in illam abſolutionem ſuſcipiendam, eo modo quo conſentit ad Eccleſiam, & tamen nolle, ſi poſſet evadere tormentum, qui non credit eum aliquid valere, ſicut poteſt haberi de eo, qui non credit verba incantationis poſſe habere aliquem effectum, tamen concedit incantanti; quod dicit illa verba ſuper eum ea intentione, (b) quia ſolet ea dicere, dicendo in corde ſuo, valeant quantum valere poterunt; ille vero diceretur incantatus, & ſi talis incantatio ſuper aliquem diceretur conſecrato diabolo, ille eſſet diabolo conſecratus. Patet autem illi: tencia illius membris ſecundum quod diſſentientis a membro precedenti, quia ille ſimpliciter diſſentientis, omnino non recipit Sacramentum, & ideo ceſſante diſſenſu, eſſet ſimpliciter baptizandus. Ille qui vero ſimpliciter conſenſit, licet ſecundum *quid* diſſentiat, eſt baptizandus, & ceſſante diſſenſu illo ſecundum *quid* non eſt iterum baptizandus. Si quis autem non conſentiat tantum negative, dico quod recipit Sacramentum, ſi conſenſit virtualiter, quia noluit Deus obligare hominem ad impoſſibile, vel ſecundum ſtatum hujus vite, & nimis difficile: nunc autem non diſtrahi, nimis videtur difficile homini pro ſtatu, quia ſecundum Auguſt. 3. de lib. arbit. *Non eſt in voluntate noſtra quin viſi tangamus*: ergo ſolvit Deus ſalutem hominis ponere in ſita conditione, ſi non diſtrahatur. Nec ergo voluit obligare eum quod in ſuſcipiendo Baptiſmum non diſtrahatur: & ita eſt univerſalis in aliis Sacramentis. Sacerdos etiam in conferendo Euchariftiam non obligatur (neceſſario, dico) ad hoc ut non ſit diſtrahatur. Vere enim conſecit diſtrahatur, dum tamen prius induendo ſe intendere celebrare Miſſam ſecundum mo-

rem Ecclesie. Et si querás, esto quod non consentiens actualiter, tamen consentiens virtualiter (eo modo quo positus est exemplum de Sacerdote celebrante) recipiat baptismum, nunquid & ille qui solum consentit habitualiter recipit? *Distinctio autem istorum virtualiter & habitualiter (a) patet 2. lib. distinct. 41.* Et esto quod sic, nunquid ille qui tantum negative non consentit, negative etiam non dissentit? quia nec actum, nec habitum oppositum habet. De primo potest dici, quod talis iudicatur habitualiter consentiens, quia aliquando habuit consentium actualem, non interveniente dissentio: & talis, licet utens ratione, recipit Sacramentum, quia non videtur propter aliquam conditionem minus capax, si utitur ratione, quam si prius usus, non utatur nunc, sed in tali non utente nunc, prius tamen uso, fuisse et habitualis consentiens: ergo & h. c. De secundo licet difficile esset aliquem talem invenire, præcipue qui prius aliquando cogitasset de baptismo, quia vel tunc placuisset sibi baptizari, vel non placuisset, imò displicuisset: & secundum ultimam modum iudicaretur talis habitualis consentiens, vel dissentiens esse in posterum: tamen si quis esset omnino non consentiens, nec dissentiens, tam actualiter, quam habitualiter, & tamen utens ratione non esset capax baptismi, quia ex quo utitur ratione, oportet quod habeat devotionem aliquam ad Sacramentum, si debet sibi valere, aliter enim videretur contemneretur.

Ad primum argumentum dico, quod in baptismo magis proprie est adoptio in filium, quam Matrimonium, quia parvulus non potest dici proprie contrahere Matrimonium, cum non utatur ratione, cuius usus requiritur ad omnem contractum: in adoptione autem sufficit solus actus adoptantis, etsi nullum habeat adoptatus. Ad secundum dico, quod malitia potest esse ministri inquantum minister, scilicet in male ministrando, vel qua non bene credit, vel qua non intendit conferre Sacramentum, & hæc malitia maxime non intendendi, impedit Sacramentum contracti magis quam malitia moris in sciipiente, & ratio dicitur in distinct. sequenti: Alia autem potest esse malitia ministri, non inquantum minister, sed concomitans, puta quod est in peccato mortali, & hoc non impedit Sacramentum contracti. Patet ergo, quod non intentio ministri impedit, sed non qualibet alia malitia: Non autem sequitur ex hoc, ergo non intentio sufficienter impedit, quia in agente secundo etiam requiritur quod pars pertinet ad agens, quod est intendere in agente per rationem: intentio autem non per se est sufficienter, inquantum huiusmodi. Ad tertium, dicendum, quod si adultus baptizandus ex voto intendit renuñciare diabolo, & pompis eius, tamen illud votum præcedens non est de necessitate Sacramenti, sed pertinet tantum ad eius solemnitatem. Ad aliud, concedo quod confusio Ecclesie bona est, quod nullum adultum baptizatum, nisi respondeat pro seipso, & est contritudo laudabilis, & rationabilis, ut solum volens asseribatur familia Christi; sed licet non responderet, quia scilicet non uteretur ratione, ut dormiens, posset sibi Sacramentum con-

ferri,

ferti, dum tamen esset habitualiter consentiens, sed hoc ut dictum est prius non expediat facere, sed expectare tempus quo actualiter consentiet.

QUÆSTIO V.

Utrum adultus fideus recipiat effectum baptismi.

AD secundum sic proceditur, arguitur, quod adultus fideus recipiat gratiam baptismi: quia Gal. 3. *Quisquis in Christo baptizatus est, Christum induit*: sed nullum induit Christum; nisi accipiendo gratiam, quia per hoc fit conterminus Christo; ergo Sec. Item si fideus non recipit gratiam, cum non possit salvari sine gratia baptismali: ergo recedente fisione esset alias baptizandus. Consequenter patet a simili, quia si hæc penitens tenetur ad penitentium vere de eisdem peccatis. Consequens est inconveniens, ut peccat auferatur in Sacramento in litera. Item, baptismus expellit peccatum non illud quod iam prius expulsum est (quod tunc expulsum est, expelli non potest) ergo expellit peccatum quod tunc inest: ergo nullum peccatum in fide impedit effectum baptismi. Contra August. *de Penit. c. 2.* & ponitur in litera. *Omni qui iam sine voluntatis arbitrio constitutus est, cum accedit ad Sacramentum fidei, nisi peniteat eum veteris vita, novam non potest inchoare.* Item, de baptismo parvulorum dicit August. *Tunc valere incipit baptismus ad salutem, cum illa fidei veraci confessione recesserit, que corde in malitia perseverant peccatorum ablutioem non sineas fieri: ergo illa fidei impediebat ablutioem in baptismo, & per consequens gratiam.*

Respondetur, Fides dicitur qui aliud præcedit exteriori, aliud habet interiori: potest ergo aliquis in suspicando baptismum esse fideus dupliciter. Uno modo quod ostendat se velle recipere illam ablutioem, eo modo, quo Ecclesia intendit eam conferre, & tamen oppositum habet in animo, & ille non recipit Sacramentum, ut patet ex questione præcedenti, quia simpliciter est volens, ut patet ex questione præcedenti, licet sit volens respectu ablutioem sacramentalis, licet sit volens respectu ablutioem simplicis, & fidealis postea recedere a fisione, esset baptizandus tamen Ecclesia iudicaret eum consentire in ablutioem sacramentalem, & cogere eum ad observantiam fidei Christianæ, quia præsumit partem meliorem; & quando signa magis præcedunt eam, sicut præsumit post Matrimonium de fide cognovente illam, quam affidavit cognovere affectu maritali: & ideo cogit eum ad verum consentium matrimoniale in eam. Alio modo potest aliquis esse fideus ostendendo se esse dispositum ad recipiendum Sacramentum, & tamen non est dispositus interiori; vel quia non habet rectam fidem, vel quia habet aliquod peccatum mortale tunc in actu, vel præteritum, de quo nullo modo atteritur, vel conteritur; & isto secundo modo communitur loquuntur Sancti & Doctores de fide baptizato. Dico tunc quia volentem Deus non iustificat, secundum illud August. *Qui creavit te sine te, non iustificabit te sine te.* Ille qui habet actualiter obicem contra gratiam, pura indole-

litatam, vel aliquod peccatum, quod tunc actu voluntatis committit, vel quod prius commisit, & nullo modo sibi displicet, nullo modo recipit gratiam secundum August. ubi supra. *Omnia qui sua voluntate arbitri constitutus est* &c. & de isto intelligit tur illud Sap. 1. *Spiritus Sanctus disciplina effugiet scilicet*. Et si obijciatur, ergo iste tunc videtur esse perplexus, quia non patet sibi via salutis, cum non possit iterum baptizari, quia baptizatus est & sine gratia baptismali salvari non potest.

Respondetur, rebaptizari non potest, quia Deus instituit Baptismum interabilem, ne propter plenam remissionem, quae fit ibi tam culpa, quam poena, daretur occidit scilicet delinquendi, si Baptismus posset saepius iterari. Quod autem in Baptismo fit remissio omnis poenae, dicit Ambrosius de *consecr. distinct. 4.* & sumitur de glossa super illo verbo: *Sine penitentia sunt dona Dei*. Rom. 11. *gratia inquit Dei in Baptismo non requirit gemitum, vel plandum, vel aliquod opus, sed omnia gratis condantur*. Et Magister 4. dist. cap. ante pen. Tamen nulli quocumque habenti, praeceluit Deus viam salutis in hac vita. Non enim ad majorem misericordiam voluit ipse queracunque nostrum ad proximum obligare, quam ipse voluerit habere ad subditum. Petro autem querentis *Matth. 18.* quoties deberet dimittere irati peccanti in ipsum, *an septies*? Respondit, *Septuagies septies*, immo secundum August. in Homil. *milliesies milliesies*, & universaliter quocumque peccaverit & recognoverit, peccatum est ei. Sic ergo Deus instituit aliquod aliud remedium quocumque peccanti in via, scilicet Sacramentum Penitentiae: & tunc dicit quod isti patet via salutis per veram penitentiam de ista fictione, juxta secundam auctoritatem August. adductam.

Et si obijciatur, quomodo habebit iste gratiam baptismalem, vel effectum aliquem Baptismi? Uno modo potest dici quod illa fictio non dimittitur, nisi per veram penitentiam, sed ea dimissa habet Baptismus effectum suum respectu omnium peccatorum praecedentium Baptismo, quae tamen non erant causa fictionis in Baptismo. Verum, aliquis ante Baptismum commisit septem peccata mortalia, & venit ad Baptismum de gratia attritus, septimum autem actu placet, vel de eo nullo modo atteritur; illud septimum solum est causa fictionis eius in Baptismo; oportet ergo quod vere peniteat de illo septimo, & in se, & inquantum fuit causa fictionis eius in baptismo, quod pro tanto dico, quia forte peccavit novo peccato mortali scilicet irreverentiam Sacramento Baptismi recipiendo illud cum tali fictione; Sed recedente illa fictione, quae fuit impedimentum effectus baptismi, Deus confert gratiam baptismalem in remedium contra alia peccata, quae fuissent delicta in baptismo, nisi fictio occurrisset. Et ideo talem de illis aliis non oportet habere novam penitentiam, nec forte novam attritionem praeter illam, quae habita fuit ante baptismum, sed solo impedimento amoto, sicut Deus signo suo prius assistisset ad causandum effectum eius vel dandum, quando sal cipebatur, nisi fuisset impedimentum in suscipiente, ita paratus est semper post susceptionem

ojus

eius signi, assistere ei qui susceperit ad causandum effectum eius quando cessat illud impedimentum. Nec oportet dicere charitatem in fictio aliquid operari, sed solum quod Deus ex eadem passione assistit etiam postea ei qui susceperit, ad causandum effectum quam cito obierit tollitur. Sed contra istud arguitur, quia per penitentiam dicitur ista fictio per te: non autem potest deleri unum peccatum mortale, quin deleatur omnia; quia secundum August. *Impium est a Deo dissimilium sperare veniam*: ergo per illam penitentiam deleatur omnia alia peccata; non ergo gratia baptismalis delet illa alia. Item, nullum peccatum mortale, quod inest post Baptismum, potest deleri sine penitentia, quia illa est secunda tabula post naufragium secundum Hieron. Illa autem alia peccata, quae non sunt causa fictionis, inest post Baptismum, ergo non deleatur nisi per penitentiam, inest post Baptismum, ergo non deleatur nisi per penitentiam, inest post Baptismum, quare non potest tui illa fictio, quae fuit causa impedimenti, tolli, quando cessat impedimentum per ipsum Baptismum?

Si dicatur ad primum istorum, (a) quod penitentia quantum est de se potest delere omnia peccata, tamen quando praevenerit ad aliqua causa potentiori non delet illa; sed ista causa est hic, quantum ad alia sex peccata, scilicet gratia baptismalis, quae prevent penitentiam, vel effectum eius. Hoc non videtur rationabile: quia prius naturaliter tollitur fictio, quam per Baptismum aliquid causetur sed in alio priori oportet habere veram penitentiam, quia fictio non tollitur sine vera penitentia secundum August. vera penitentia plene reconciliat Deo quantum ad omnia, ergo Baptismus non potest praevencione effectum penitentiae quantum ad aliquid delendum ibi, immo penitentia prevent quantum ad omnia. Posset ergo aliter dici, quod penitentia vera perinde reconciliat Deo, & per consequens nullum peccatum relinquat; sed tamen non omne quod inest per se curat, sed tantum illud quod est obiectum penitentiae, de quo scilicet penitentia penitet. Quandoque autem oportet omne peccatum quod deleatur esse obiectum penitentiae, utpote si omnia alia peccata sint commissa post Baptismum, quandoque autem non oportet, ut in proposito. Non ergo per virtutem penitentiae dimittantur hic omnia peccata, sed in penitentia dimittantur partim per penitentiam, partim per aliam causam, & sic non habetur ibi dimidia venia peccatorum, sed tota a Deo: non tamen tota per penitentiam, quia non oportet de omnibus quae inerat peccatis penitere. Et secundum hoc esse dicendum quod illa sex deleatur & quantum ad culpam & quantum ad poenam; nec de eis oportet habere contritionem, nec confessionem, nec satisfactionem, sed solum de illo septimo quod fuit causa fictionis. Ad secundum potest dici quod omnia peccata mortalia, etsi inest post Baptismum, tamen nullum eorum fuit causa, quae iam essent delicta: illud autem septimum fuit causa quare nec ipsum, nec alia sunt dele-

G 4

ta.

ta, & ideo rationale est, quod respectu ejus non habeat baptismus efficaciam, sed respectu aliorum, quia ipsum formaliter impeditur effectum baptismi, alia non. Et tunc illa propositio, *Peccatum mortale post Baptismum non delictur, nisi per penitentiam*, debet intelligi de peccato commisso post baptismum, vel omnino inherente, sic scilicet quod de ipso non fuerit contritio nec attritio in baptismo, nec post baptismum. Aliter potest dici, quod quando vero aliquem paniter de fisione illa, gratia infunditur libi peccator quam esset illa, quae praefice virtute penitentiae inueneretur, ita quod illa includit in se perfectionem gratiae penitentialis & baptismalis; & hoc modo baptismus habet effectum, quia gratia aequivalens gratiae baptismali datur penitenti de fisione simul cum illa, quam meretur de penitendo. Sed contra hoc arguitur, quia tunc ille haberet commodum de fisione sua majus, quam si tunc non fuisset factus & post in peccatum cecidisset simile illi fisioni: nam si cecidisset & modo penitenter, non haberet inodo gratiam, nisi tantum virtute penitentiae. Tu autem dices illum qui tunc fuit factus in baptismo habere in penitendo quasi duplicem gratiam. Hic potest dici uno modo quod non habet commodum, sed magis detrimentum, quia tempore baptismi, & sequenti usque ad penitentiam, est filius gehennae, & omnia opera sua mortua sunt; si autem non fuisset factus, fuisset tunc, & post usque ad lapsum, filius regni, & opera eius viva, quibus meruisset augmentum gratiae & gloriae. Aliter potest dici quod si non fuisset factus, & postea lapsus, & postea penitens, in penitendo reciperet tantam gratiam, quantum nunc recipit penitens de fisione, quia resurgens per penitentiam a peccato mortali reciperet totam gratiam a qua cecidit, & aliquam ultra per penitentiam, & hoc vel in re, vel in divina acceptatione, sed de hoc inuenitur in materia de penitentia. Tertio modo, principaliter potest dici quod ille penitens de fisione tantum recipit gratiam virtute penitentiae: & ita non majorem quam si non fuisset factus in baptismo, & post baptismum cadens resurgeret per penitentiam: non est enim verisimile quod aequo penitenti, & de equali peccato vel minori non detur aequalis gratia. Ille autem lapsus post baptismum, licet quantum ad aliquid grauius peccauerit quam factus: tamen factus quantum ad aliquid grauius peccauit, quia Sacramento irreuerentiam fecit, & tunc illa verba quae dicuntur de effectibus ipsius, quae sortiuntur penitens de fisione, intelligenda sunt, non quod in penitentia illa recipiat gratiam aliquam virtute baptismi (quia susceptio ejus mortua fuit, & mortuus reuiviscere non potest) sed absolutus est a precepto de baptismo suscipiendo: quod illud implet: illa autem imperio nihil nisi valere ad salutem ante istam penitentiam.

Recipit ergo effectum baptismi quando paniter, quia est filius regni; & non obligatur ad suscipiendum baptismum ad hoc, ut sit filius regni, quia illud praecipuum implet, & hoc nota quod actualiter peccans mortaliter in alio sive in illo actu potest implere praecipuum affirmativum etiam in illo actu.

Ad primum argumentum dico quod omnis baptizatus induit Christum quantum ad hoc, quod Christi familiae scribitur: sed non induit Christum semper per charitatem vel gratiam. & primum indumentum potest dici commune omnibus de familia; secundum est indumentum specialiter filiorum. Vel potest dici quod ille non est baptizatus in Christo, sed in Christi nomine, quia non in virtute Christi inuenitur baptizantis.

Ad secundum patet ex dictis in corpore quaestionis. Ad tertium dico quod baptismus expellit in corpore peccatum, non quia in eode astante inest gratia & peccatum; sed gratia baptismalis expellit omnia peccata quod inest usque tunc, culpam autem quae tunc inest acta, vel quae acta tunc committitur, vel quia de illa nulla contritio inest, non expellit, quia inuenit obicem contrariae voluntatis.

QUAESTIO VI.

Utrum iam iustificati reuertantur ad susceptionem Baptismi.

Contra tertium membrum distinctionis, quod est de suscipiendis: item & non Sacramento, quero: Utrum iam iustificati reuertantur ad susceptionem baptismi. Et arguitur quod non, quia non legitur de Apostolis, nec de beata Virgine, quod fuerint baptizati. Item baptizatus baptismi sanguinis non reuertit ad baptismum fluminis: ergo nec baptizatus baptismi fluminis teneat ad illud. Consequentia patet per se, quia ista duo baptismata aequo dicuntur supplere baptismum fluminis. Antecedens est manifestum, quia talis evolat.

Item, nullus teneat recipere Sacramento frustra, quia in opere Dei nihil est frustra: sed baptismus receptus a iustificato frustra recipitur, cum habeat effectum qui est ablutio animae a peccato. Jam enim prius est ablutus.

Item nullus tenetur injuriari Sacramento. Sed ex hoc fuerit injuria Sacramento si iustificatus baptizaretur: injuria enim est Sacramento facere quantum in se est, quod ipsum sit finem salutem: sed talis suscipiens facit hoc, quia caret tunc signato, quia tunc non dat gratiam.

Contra Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit etc.*

Respondendo, Dicendum quod post baptismum promulgatum per modum praeccepti, quilibet qualitercumque iustificatus, qui non implevit illud praecipuum, cum quo Deus non dispensavit specialiter, ut non teneatur ad illud, teneat ad baptismum affectu, & pro loco & tempore effectus, si manet vicior nobiscum, quousque potest commode recipere in effectus. Hujus ratio fundamentalis est, quia lex universaliter promulgata omnes obligat (universaliter dico illam promulgari, in cuius promulgatione non est aliqua exceptio personae, sive cuiuscumque exceptio personae, vel circumscriptio circumstantiae.) Tale fuit praecipuum de baptismo suscipiendo, & hoc rationally, quia congruum fuit omnes de lege Christiana habere unum signum,

seruum, in quo convenirent inter se, & distinguerentur ab aliis; ut dicitur est in quodlibet de institutione Sacramenti in communi, & maxime illud signum per quod ingrederentur observantiam huius legis: per cuius enim susceptionem ascribuntur illi legi, & dicuntur de familia Christi.

Possit etiam alia ratio assignari, quia quilibet viator tenetur esse membrum Ecclesie militantis, non tantum in scientia divina, sed etiam quantum ad notitiam aliorum membrorum, quantum in se est, quia tenetur cum aliis membris communicare in his, quae pertinent ad observantiam legis, & eos non scandalizare. Si autem non acciperet Sacramentum, per quod fit membrum Ecclesie secundum iudicium Ecclesie, non esset aptus ad communionem cum aliis membris in multis actibus pertinentibus ad Ecclesiam: scandalizaret etiam adive alia membra, quae haberent occasionem iudicandi ipsum, contemnere communitatem.

Ex hoc potest formari tertia ratio, quia qui potest ex actu facili magnum gratiam acquirere, si negligat illum actum, videtur gratiam contemnere, vel saltem non eam ita appreciari, quantum est appreciabilis: sed ille qui non est baptizatus, quantum est appreciabilis fit iustificatus per actum facilem, scilicet per susceptionem Baptismi, potest magnum gratiam acquirere; quia quantumcumque peccato de lege communi accedenti ad Baptismum augetur gratia: ergo si negligat, videtur contemnere gratiam, & dari aliam occasionem sic iudicandi.

Ad primum argumentum dicendum, quod glossa quaedam supra illud Io. 13. *Qui lavas est &c.* videtur dicere quod Apostoli fuerunt baptizati. Quod probabile est, quia Christus fecit eos sacerdotes, conferens eis in eorum potestatem conficiendi corpus Christi, dicens. *Quisquisque &c.* & conferens eis post resurrectionem potestatem absolvendi. Io. 20. *Quorum remisistis &c.* constat eis etiam officium baptizandi solemniter. *Matth. ult. Euntes baptizate &c. Extra de Praeb. non bapt. c. Veniens.* Nec videtur necessitas, quod Christus cum Apostolis in hoc dispensaverit, quia nulla videtur ratio dispensandi, nec aliqua necessitas, vel utilitas confecta, cum nec ipsi essent gratiores Deo per hoc quod non baptizati: nec fuissent efficaciores Doctores in Ecclesia: immo videtur quod minus efficaces, quia minus valet Magister moralis, qui non vult opere implere quod docet, secundum Gregorium. Christus etiam in seipso voluit baptismum suscipere, saltem Joannis, aequam legem baptismi aliis imponeret, quia Actuum. 1. dicitur, *Capit. Iesus facere, & docere.*

Consimiliter supponendum est de beata Virgine, nisi forte ipsa sit excepta ab illa lege, & de ea fuisset ratio dispensandi, quia forte habuit in conceptione filii sui illam plenitudinem gratiae, ad quam Deus disposuit eam pervenire. Ad aliud dico, quod baptizatus baptismum sanguinis, si postea est nobiscum viator, tenetur affectu & pro loco, & tempore recipere effectum Sacramentum; id est baptismum sin-

sanguinis: hoc autem quod supponitur est bene possibile, sicut de quibusdam legitur, quod sunt facti bis conciores, quia sustulerunt bis penas pro fide, propter quas tamen non sunt mortui. Si autem baptismum sanguinis sit completus, quia se baptizatus moritur, & non remanet nobiscum viator, non est obligatus ad praecipuum viatoris; Sacramenta autem non habent locum, nisi pro statu viae, ut etiam est distinct. 1. (a).

Ad aliud dico, quod nullus recipit frustra baptismum, quia gratia ibi augetur, nisi pervenerit ad terminum, & si forte prius pervenerit, addit ibi meritum in obediendo praecipio divino. Nec etiam est frustra post plenitudinem gratiae, si quis eam habet, addere opera meritoria. Ad aliud dico, quod ille non iniuriatur Sacramento, nec tacit quod fit falsum signum, quia vel ibi concurrit gratia aliqua, & tunc est signum practicum verum; vel nulla, si jam prius erat gratia perfecta, & tunc est signum verum practicum non respectu eius, quod videtur in fieri, sed in esse. Si autem obijciat, quod saltem non habet effectum significatum, scilicet abluentionem a peccato, deo quod illa ablutio significatur, vel tunc in fieri, vel tanquam quae tunc infir, vel tanquam inchoanda quantum est ad parte Sacramenti, si scilicet aliquid inficit a quo anima est libera.

QUAESTIO VII.

Verum omnes baptizati recipiant aequaliter effectum Baptismi.

Videtur quod sic, quia effectus Baptismi magis dependet a confessione, quam a susceptione; sicut effectus universaliter magis dependet a causa efficiente, quam a materia. Apparet etiam in proposito, quia in ministro requiritur perfectior intentio, quam in recipiente; quod non est, nisi quis a deo magis dependat baptismum, quam a susceptione: sed ministrorum inaequalitas nihil tacet ad inaequalitatem effectus baptismi: ergo multo magis nec inaequalitas susceptionum: & per consequens nulla est causa inaequalitatis effectus huius. Contra, *status astuorum sunt in patiente, & dispositio. 2. de Anima ergo (b)* in magis disposito periculosius recipitur effectus, ergo &c.

Respondet: Aliqui (a) distinguunt de effectu, qui est res, & Sacramentum, qui dicitur character, & de effectu qui est res tantum: sed de primo effectu nondum habitus est sermo, sed habebitur. dist. 6. De secundo ergo est quaestio, & dicitur quod plures effectus tales habet baptismum, ordine tamen quodam; quia causate gratiam, & remittit remissionem, & huiusmodi. Patet autem quod non in omnibus baptizatis aequae remittitur fomes.

Sed istud non verum, nisi intelligatur sane, quia fomes cum sit in casu, vel in virtute aliqua corporali, per gratiam, quae est in anima,

a quaest. 3. q. 3. b. 1. c. 24. c. Ric. in 4. di. quaest. 3. q. 4. re. Bon. hic. a. 2.

ma, non potest formaliter diminui, quia non est inter ipsum, & gratiam formalis repugnantia, cum non sint natura facti circa idem; sed dicitur comes diminui quantum ad effectum: quem consuevit causare in anima, scilicet peccatum: secundum enim quod gratia augetur, totum minorem habet efficaciam inclinandi ad peccatum. Ponitur autem exemplum conueniens de lapillo alligato alis aquilae, quia si cresceret virtus motiva aquilae, licet non diminueretur gravitas lapilli (quia opposita non sunt, nec in eodem) tamen gravitas lapilli diminuitur, quantum ad effectum: quanto enim maior est virtus in alis, tanto lapillus minus impedit ascensum, vel volatum.

Sic ergo ponendo unicum effectum baptismi, scilicet gratiam, Respondeo, quod cum ad effectum baptismi, scilicet gratiam, concurrat causa principalis, scilicet Deus, & causae iuxtoriae, ut passio Christi, & ipse suscipiens baptismum: ex parte cuiuslibet istorum possit attendi aequalitas, vel inequalitas. Quantum ad Deum determinantem se cooperari illi signo per effectum significationis; & in hoc influentem istum signum in ratione signi certi, (ut dictum est supra) aliquo modo potest esse differentia, aliquo modo non.

Aliquam enim gratiam disposuit regulariter conferre cum isto signo, ita quod nulli minore; & illa potest dici conferti virtute Baptismi, quia virtute veritatis huius signi, & sicut determinatio illa universalis, quantum ad istum gradum est uniformis, & effectus aequalis. Verumtamen, quia Deus praedestinavit diversos electos ad diversos gradus gloriae, & hoc ante determinationem huius signi ad tantam vel tantam gratiam conferendam; & ordinato ad maiorem gloriam, rationabiliter potest conferti maior gratia: potest Deus in determinando veritatem, seu certitudinem huius signi disponere, conferre alicui suscipienti praesens istam gratiam; quae requiritur ad certitudinem signi, & alicui maiorem, quem praedestinavit ad maiorem gloriam: sed ille ulterior gradus non conferretur virtute Baptismi, sed de specialis benevolentia divina. Propter hoc dici potest, quod ex parte causae principalis effectus est regulariter aequalis simpliciter, qui datur virtute Baptismi (a); quia supponitur, quod de lege communi prima gratia non datur maior absque omni differentia extra causam principalem. De secundo potest dici, quod illa causa meritoria potest efficacius operari ad gratiam in uno, quam in alio; vel quia specialius oblata pro uno quantum ad intentionem offerentis, quam pro alio; vel quantum ad executionem pro uno oblata in effectu pro alio non, nisi in provisione divina.

Primo modo Christus ponitur communiter nosse omnia, quae Deus novit scientia visionis, & per consequens novit omnes electos, & ad quem gradum gloriae fuerant lecti; ponit ergo pro praedesignato ad maiorem gloriam plenius offerre passionem suam, & praecipue cum

6

se offerret pro genere humano ad hoc, ut de eis impleteretur divina praedestinatio.

Secundo modo passio Christi efficacius cooperatur pro nobis, qui sumus in lege Evangelica quam pro Patribus in lege Moysi: quia obsequium praestitum ad majus bonum retrahendum, magis acceptatur, quam beneficium praestitum. Et illo secundo modo est inequalitas in suscipientibus gratiam per Circumcisionem, & Baptismum propter inaequalem applicationem causae meritoriae ad istos: & forte etiam in baptizatis ante passionem, & post passionem. Si autem primo modo scilicet propter specialem oblationem in voluntate Christi sit inaequalitas gratiae in aliquibus nunc baptizatis, dubium est de facto: sed possibilitas est offensa. De tertio dico, quod vel baptizati sunt parvuli vel adulti: comparando parvulum ad parvulum, cum nullum habeant motum proprium, nullam habeant inequalitatem ad gratiam ex parte sui recipiendum. Potest tamen in parentibus unius esse major motus, quam alterius pro suo parvulo, vel in aliquibus aliis ministrantibus, vel assistentibus baptismo; propter quorum merita Deus uni parvulo potest conferre maiorem gratiam, quam alteri, sed hoc non virtute baptismi, sed meriti: & hoc modo forte parentes beati Nicolai orationibus suis meruerunt sibi maiorem gratiam, quae erat in eo etiam parvulo principium tibi mirabilis effectus, ut duobus diebus in hebdomada, unica tantum lactatione contentus maneret. Et quoad hoc magis operandum est puerum baptizari a bono Sacerdote, quam a malo; (a) quia orationes Sacerdotis boni quas multas facit ante, & post baptismum, magis exaudientur, & valent illi pro quo sunt, quam orationes mali. Si autem baptizati sint adulti, cum illi per motum proprium possint esse inaequaliter dispositi, & in Sacramento conferre gratia secundum proportionem dispositionis in suscipiente, sequitur inaequalis effectus. Quod si compares parvulum adultum, regulariter parvulum nullum meritorium habet: adultus quantumcumque tenem habeat voluntatem, tamen tamen consentiat recipere Sacramentum, nec ponat obiectionem aliquam, videtur habere meritum proprium, & pro tanto magis dispositus est, quam parvulus: ergo &c. Sed est illo, quod adultus toto tempore baptismi peccet veniale, videtur ergo esse indispotus quodammodo: parvulus autem nullam dispositionem habet, ergo in illo casu parvulus maiorem gratiam recipit. Respondeo, peccatum veniale non prohibet gratiam infundere, nec etiam actum meritorium simul habere: tamen quia anima pluribus actibus non potest simul acquae pericula esse intenta; actus bonus cum quo concurrat veniale, est minus intensus; & ideo minus meritorius, quam foret sine ullo veniale. Et ad propositum sequitur, quod adultus si non ponit obiectionem peccati mortalis, & in suscipiente baptismi consentit, aliquem motum habeat disponentem, quo caret parvulus, non obstante, quod ille habeat veniale peccatum simul. Ad argumentum dico, quod baptismus plus dependet a ministro,

stro,

a Bar. de Christi passione, & quid, & quibus, & pro quibus mererit vid. 2. dist. 3. q. unica. B. vid. 19. dist. 3. ubi dicit quod Christus suis suis perfectissimè in cognitione omnium, saltem abstractiva.

a Nota singulari in parvulum.

stro, ad hoc ut sit Sacramentum, quia in eo simpliciter requiritur intentio: non sic in suscipiente, quia non potest uti ratione, sed quo ad licet, ut hic effectus major vel minor recipiatur, magis dependet a baptizato, a.

QUESTIO VIII.

Quid faciendum est de parvulo exposito?

Juxta illa patent quaedam quaestiones sine argumentis. Primo, quid faciendum est de parvulo exposito? Respondeo, aut inveniuntur in eo certa signa, quod non est baptizatus, sicut mulierculae confueverunt cum eo apponere sal: sicut cum deportandis ad baptismum fit, & tunc abque aliqua hesitatione baptizandus est absolute. Aut non inveniuntur cum eo talia signa, & adhuc, quod non potest de eo haberi tale signum per vicariam, nec per testimonium fide digni, quod fit baptizatus, baptizandus est: tamen tutius est uti illa forma illius capituli *Extra de baptismo, & ejus effecti. de quibus dubium*. Et de isto casu loquitur Leo de consecrati. dist. 4. *De quibus* (Leo inquit) quando nulla exstant indicia inter propinquos & vicinos, quibus baptizatus fuisse doceatur, agendum est ut renascantur, ne pereant, in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non finis ut videatur iteratum.

QUESTIO IX.

Utrum parvuli Judaeorum, & infidelium sint invitati parentibus baptizandi?

De parvulis Judaeorum, & infidelium, an sint invitati parentibus baptizandi. Dicitur quod non, quia aut redderent parentibus & tunc baptizatio eorum esset in contumeliam fidei Christianae, quia post nutritur a parentibus in errore parentum: aut non redderentur, & tunc fieret injuria, quia dum sunt parvuli, jus habent redderentur in eos. (a) Sed haec ratio licet forte concludat de quacunque persona parvula, quod non possit parvulus a talibus auferre, nec iuste baptizari, quod non videtur tamen concludere de principe, cui in regimine reipublicae tales sunt subditi. Nam in parvulo Deus habet majus jus domini, quam parentes. Universitatis enim in potestatis ordinatis, potestas inferior non obligat in his quae sunt contra superiorum, sicut docet Augustinus de verbis Domini, homil. 6. & ponitur cap. ultim. secundi libri. *Si illud subest potestati, quod non debet facere, hic sane contemne potestatem, & timenda potestatem maiorem, & declarat in exemplo de Curatore, & Proconsule, de Proconsule, & Imperatore, de Imperatore, & Deo: ergo si quis habet regere*

rem.

republicam, magis debet quantum in se est, cogere utrumqueque subditi domino superiori, quam inferiori; immo superiori contempto inferiori, quando inferior in tali domino resistit superiori. Sicut ergo imperator debet sententiarum aliquem obedire debere Proconsuli contempto Proconsuli: ita etiam, si essent sub eodem domino ordinata, scilicet quod aliquis esset servus Titii, & Titius Petri, magis deberet Imperator cogere servum servae Petri, quia superior est Titio, quam Titio, si Titius vellet uti servo illo contra dominum Petri: ergo maxime debet princeps zelare pro domino servando supermi Domini scilicet Dei; & per consequens non solum licet, sed debet Princeps auferre parvulos a domino parentum volentium eos educare contra cultum Dei, qui est supremus, & honestissimi dominus, & debet eos applicare cultui divino. Dico ergo breviter, quod si Princeps hoc faceret cum cautela bona, scilicet ne parentes prius agnoscentes hoc incurrerent, occiderent pueros suos, & quod baptizatos faceret religiose educati, bene fieret. Immo quod plus est, facerem religiose fidei, si ipsi parentes cogenerent minus, & terroribus ad suscipiendum baptismum, & ad conservandam postea susceperunt: quia esto, quod ipsi non essent vere fideles in animo; tamen minus malum esset eis non posse impune legem suam illicitam servare, quam posse cum libere servare. Item, illi eorum si bene educarentur in terra, & quarta progenie, essent vere fideles. Et si dicas, quod secundum prophetiam Haiae (a), quam recitat Paulus Rom. c. 9. *Reliquia Israel convertentur in fine*. Et ideo Judaei non oportet cogere totaliter ad baptismum suscipiendum, & relinquendum legem suam. Respondeo, non dubito quin vera sit propheta Christi, quam recitat Christus Joan. 5. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me; si alius venerit in nomine suo illam suscipietis*: ergo ad minus ex verbo Christi etiam pervertendi, quia adhaerent illi pessimo Antichristo, de quo est sermo Christi praedictus. Et si dicas, quod via destructio Antichristi illi qui sibi adhaeserunt, convertentur; dico quod pro iam paucis, & sic tarde convertendis, non oportet tot Judaeos in tot partibus mundi tantis temporibus sustinere in lege sua persistere, quia finalis fructus de eis Ecclesiae est, & erit modicus. Unde sufficeret aliquos paucos in aliqua insula sequestrari; permitti legem suam servare, de quibus tandem illa propheta Haiae impleverit. Ita autem de parentibus infidelibus cogendis per minas, & terrores videtur probari, quia simile commendat illum concilium Tolotianum supra allegatum. *Qui pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi Principis Aethiopi*: ergo in hoc approbat eum tanquam Principem religiosum, quia infideles coegit ad fidem.

DI.

a Sic in 4. dist. 4. art. 3. q. 3.

DISTINCTIO V.

Postquam Magister egit de Baptismo in se, & de suscipiente, hic egit de ministro. Primo ergo agit de conditionibus ministri. Secundo, de modo ministrandi ibi. (*Hic etiam sciendum est.*) Prima in duas, primo de ministri potestate, secundo de eius statu & gradu. Secunda in principio distincti. sexta. (*Nunc quisvis licet baptizare.*) Prima in duas, primo ostendit quod illa potestas non est impedibilis per malitiam ministri: secundo ad quid se extendit, ibi: (*Hic quæritur.*) Prima in duas, primo ostendit quod ita est: secundo ostendit propter quid ita est ibi: (*Quia ministerium.*) Circa hanc distinctionem quintam quærendum est qualiter malitia ministerii se habet ad impedimentum, vel non impedimentum baptismi, & circa hoc quarto duo. Primum, utrum malitia ministri impedit conferri verum baptismum? Secundo, utrum recipiens baptismum scienter a malo ministro mortaliter peccet.

QUÆSTIO I.

Utrum malitia ministri impediatur collationem baptismi.

Ad primum sic proceditur, & arguitur quod sic Ambros. in libris in istandis rudibus, & habetur i. q. 1. non sana. Baptismus perfidus non mandat, sed pollicetur. Quod probat auctoritate Psal. 31. In altario aquarum &c. dicitur de malis. Probat etiam per illud Apostoli ad Roman. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Item 1. q. 1. Corporalia, & est August. de baptismo parvulorum. Separatis formam habere possunt, virtus in eis esse non potest, quemadmodum sensus non sequitur membrum, quando amputatur a corpore. Item ratione, Membrum aridum non potest esse causa influendi vitæ in aliud membrum: minister malus est membrum aridum Ecclesie, quia sine gratia, quæ est vitæ Ecclesie: ergo &c. Item in aqua, ad hoc ut sit materia conveniens, oportet ut sit aliqua virtus supernaturalis: probatur per illud Ambros. de consecrati. distincti. 4. per aquam: ergo multo magis requiritur aliqua sanctitas, vel virtus supernaturalis in ministro, ut baptizet: magis enim dependet baptismus a dispositione ministri convenienti: quam ab aliqua virtute aquæ: ergo &c. Item, Augustinus de unico baptismo, post medium refert Martyrem Cyprianum gloriosum, qui apud hæreticos, vel schismaticos datum baptismum volebat cognoscere &c. Ex hoc arguo sic: certum circa aliquem articulum fidei, si in illo errore moritur, damnatur; quia sine fide impossibile est placere Deo. Hebr. 11. Cyprianus dixit, a malo ministro, saltem hæretico vel schismatico non posse dari verum baptismum, & in ista sententia finaliter perduravit, & tamen non est damnatus, sed martyr gloriosus: ergo ista sententia non potest errare: nec contra aliquem articulum fidei. Sed veritas Sacramentorum pertinet ad illum articulum: Sanctam Ecclesiam Catholicam, & Extra de hæret. & schism. ad Abolendam, Undiversos qui de Sacramentis Ecclesiasticis aliter docere non metuum, aut assentire, quam sacra-

Quæstio Prima.

eresantis Romana Ecclesia docet, vinculo perpetui anathematis innodantur: ergo illa lætæntia, quod hæreticus baptizat, non est veritas pertinens ad aliquod Sacramentum: sed nihil est alterendum, tanquam certum & necessarium ad Sacramentum, quod non est verum pertinens necessario ad Sacramentum, & ergo &c. Contra, Magister in litera, & adducit multas auctoritates, & accipiuntur plures ab August. Una est super Joan. homil. 5. Baptismus talis est, qualis ille in cuius potestate datur, non qualis minister, a quo datur. Item, contra Crescent. Si non est melior baptismus, qui per meliorem datur: nullo modo melius est qui per magis datur, quia idem datur. Et si illi auctoritates exponantur de malo secundum mores non de hæretico, & schismatico: tamen de his expresse dicit August. ad Orosium l. 59. Quamvis unus sit baptismus hæreticorum qui in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizant, & Ecclesie Catholice: tamen qui foris Ecclesiam baptizantur, non sumuntur ad salutem, & sequitur: Ecclesia eos non rebaptizat, quia in nomine Trinitatis baptizati sunt.

Veritas quæstionis patet ex auctoritatibus multis, quod quæcumque malitia minister sit malus, sive hæretic, sive schismatic, sive mortuus, salva unitate Ecclesie, si intendit facere quod facit Ecclesia, & servet modum Ecclesie: vere confert baptismum, & talis baptismus vere habet effectum in baptizato, non obstante malitia ministri; nisi ostendat malitia suscipiens in hoc, quod recipit a tali ministro, de quo dicitur in seq. quæst. Veritas autem istius solutionis non habet, nisi rationem unam propter quid scilicet, quia ita placuit Christo institueri, ut malitia ministri non impediret Sacramentum, nec ejus effectum. Et quod sic instituit, August. colligit de illa auctoritate Joannis Baptiste, Super quem videris Spiritum descendentem, hic est qui baptizat, quæ scribuntur Joan. 1. Quod autem ita fuerit baptismus institutus, sunt plures rationes congruentes. Prima, quod rationale est Deum adhibere suo signo pratico ad causandum figuratum est determinationem voluntatis suæ præcedente omnem conditionem ministrum, sicut illa determinatio suæ, qui tribuit signo esse certum signum, et ab ipso immediate omnino & primo: ita & assistente consequens illam determinationem ad cooperandum sit immediate ab ipso. Secunda congruentia sumitur ex fine, quia si baptismus non posset conferri, nisi a bono, non esset in magnam remedium vitioris, sed quasi communiter in detrimentum. Cum enim quasi nullus possit esse etiam de bonitate propria, nisi magis nec de bonitate alterius: ergo hec bonitate ministri dependere baptismum, nunquam posset aliquis esse certus se vere recepisse baptismum, quod est inconveniens. Et si obijciat, quod nec modo potest esse certus, quia necesse dispositionem suam propriam; hoc non obstat, quia satis potest nulli certitudinaliter, sicut requiritur certitudo, quod ipsemet intendit recipere baptismum, & hoc sufficit ex parte ejus. Si dicas quod non potest esse certus de intentione ministri: hoc non obstat, quia probabiliter præsumi potest quod ministri talem actum exerceant, intendunt facere illud

ad quod actus secundum se ordinatus est: sed non ita potest haberi certitudo de bonitate, vel sanctitate ministri. Præterea, ex parte recipientis est congruentia quia omnino iniustum est alterum pro iniquitate alterius puniri, quando ille alter nullo modo communicat iniquitati illius, ita ut possit sibi imputari, sed ille baptizandus disponit se ad gratiam, quantum potest. Si ergo malitia ministri impedit, ille punietur propter culpam alienam nullo modo sibi imputandam.

Ad primum ergo dico, quod aut hæreticus baptizat parvulum in forma, & intentione Ecclesie, & nihil obest parvulo, nec quantum ad Sacramentum, nec quantum ad effectum. Aut baptizat adultum, & adhuc confert sibi Sacramentum, & effectum ejus, si in adulto non est aliquis malus motus, puta assensus in hæresim baptizantis, vel intentio, ut fiat discipulus ejus: & de tali intelligenda est auctoritas Ambrosii & similiter auctoritas Augustini quod virtus illa Sacramenti vita est: ergo & illa non manet in membris peccato: non tamen sequitur, quin per Sacramentum ejus possit esse in suscipiente, quod patet ex responsione statim sequente. Unde ad rationem statim respondendum est, quod in toto corpore humano vita una est omnium partium, & participatur ab eis ordine quadam, quia primo in corde, secundo in aliis secundum quod propinquius se habent ad illud principium vite: & ideo ibi per unam partem non potest vita derivari ad aliam, nisi illa pars derivans vitam eadem vita modo suo perficit: non est sic in corpore mystico, quod est Ecclesia, quia non est in eis una vita numero, nec oportet quod illud membrum quod ministerialiter dat vitam alteri, sit propinquius principio vite in participando vitam, sed tantum in gradu ministrandi: exemplum est, si venas in corpore non viverent formaliter, tamen essent media ministrandi vitam cæteris partibus. Ad illud de sanctificatione in aqua, negatur ut supra *distinct.* 1. nec videtur multum probabile virtutem supernaturali toties generari, & corrupti: neque etiam quod post generationem in aqua baptismali super permaneat, permanente aqua. Ad auctoritatem Ambrosii quare supra. Dicit potest, sicut dicitur ut *distinct.* 1. q. 4. & 5. quod non est virtus aliqua in aqua, que sit activa secundum aliquam formam absolutam; sed tantum est virtus, que est ultimam de potentia scilicet effectivæ significare gratiam. Ad alind de Cypriano, dico quod aliqua sunt ita simpliciter de substantia fidei, quod omnes etiam simpliciter post tempus aliquantulum usus rationis tenentur ista expletæ credere, sicut sunt articuli de incarnatione, ut Christus est natus, & mortuus, de quo sunt solemniter expressæ in Ecclesia, & quos potest populus concipere, quia sunt de Christo homine. Alia sunt explicate requisita de substantia fidei, observanda a majoribus Ecclesie, ut potest quod Deus est trinus, & inquam illi pertinentia spiritualia, & imaginabilia: & illa distinctio potest haberi ab Augustino 14. de *Trin. c. 1.* Alia sunt, que nec necessarium sunt explicate credenda ab infans, nec ab illis, qui non adhuc illarum veritas est declarata, & determinata per Ecclesiam, cuiusmodi sunt: multæ conclusiones necessario incluse in articulis creditis: sed

sed antequam sunt per Ecclesiam declarata: & explicata non oportet quemcumque eas credere: oportet tamen circa eas fortiter opinari, ut scilicet homo sit paratus eas tenere pro tempore, pro quo veritas fuerit declarata. Hoc modo dico, quod Baptismus alio Sacramentum novæ legis necessarium ad salutem, statim erat de veritate fidei Christianæ, quia e pelle habentem est in Evangelis; sed quod ab hæretico poterat cohereri, non sic statim expressum fuit, immo nec tempore Cypriani declaratum, propter quod circa illam veritatem Baptismi declarantem multum laboravit Augustinus in literis suis, ut de unico baptismo, & contra Donatistas: unde sic Cypriani causa sentit, scilicet apud hæreticos non esse baptismum, quod tamen promptum est sentire antiocho circa hoc: quod Ecclesia determinavit: in nullo extavit, nisi forte venialiter peccando, quia nimis alacriter illud ad quod nec auctoritarem, nec rationem cogentem habuit; ratio enim sua non valet, scilicet quod quis non habet non potest dare, quia baptizans non dat gratiam, sed Sacramentum, & illud habet in virtute, quia habet ordinem, & hoc modo forte inquit Augustinus cum peccate venialiter, cum subdit in auctoritate præallegata: *Deus enim inquit dicitur, si quid purgandum eras, passiois fisco subiecteris.* (a) Et hoc modo potest excusari Abbas Ioachim, quia estis sententiam quædam dixit, sicut patet *Extra de Jun. Irmit. & fil. Caus.* Et tres personæ non sunt aliqua una res, aut non generatur, nec generatur, nec omnes spiritus, qui non dicitur hoc pertinaciter defendisse; sed omnes libros suos reliquissit secundum iudicium Ecclesie corrigendos.

QUÆSTIO II.

Vitam recipiens Baptismus sciente a malo ministro, mortaliter peccat?

AD secundum sic proceditur, & arguitur quod recipiens baptismum a malo scienter, peccat mortaliter, quia secundum Ambrosium de initiandis rudibus: *Qui faciunt, & quibus faciunt nihil prodest, sed ad iudicium est.* Loquitur de malis baptizantibus, & recipientibus ab eis baptismum: Præterea, cooperans alicui ad peccandum mortaliter, peccat mortaliter, quia est contra charitatem fratris sui: sed ille recipiens baptismum a ministro malo cooperatur sibi in actu baptizandi, in quo peccat mortaliter: ergo & Præterea, articulo quod minister vellet committere malitiam Simonis in conferendo baptismum, puta vellet baptizare, nisi pro pecunia, non posset aliquis ab eo recipere, nisi committeret Simoniam: quia si vendens est Simoniacus, & euenit ergo sibi in illo casu recipiens sic a malo, peccat mortaliter. Oppositum de consecratis: *distinct.* 4. c. Romanus, dicitur in fin. capit. *Romanus Pontifex non attendit hominem, qui bapti-*

a H. Hic excusatur Abbatem Ioachim, quem sicut in 1. *distinct.* 5. quia librum suum correctioni ecclesie subiecit.

piritas, sed Deum, esse paganus sit, qui baptizat, & ceteros, Augustinus super Ioan. Hov. l. 3. c. 1. q. 1. c. Si uerit: *non exhorreat columba min. Hereticos malorum.*

Hic distinguitur de malo: (o) Aut est præcisus ab Ecclesia totaliter, vel ad tempus: vel non præcisus, sed p. minus. De illius divisionis membris per ordinem videmus. De primo sunt duo modi dicendi oppositi. Unus, quod tenetur aliquis a tali recipere baptismum, si non possit habere alium ministrum, quia baptismus est Sacramentum necessitatis. Alius modus dicendi est, quod tenetur non recipere ab eo, & recipiendo peccat mortaliter. Hoc autem sic declaratur, quia baptizandus, aut est adultus, aut parvulus.

Si adultus sufficit sibi baptismum flammis, quando non potest habere baptismum fluminis. In proposito non habet ministrum, quia prohibuitur est sibi communicare cum illo præciso, & maxime in actibus sacramentalibus: ergo ille salvabitur non recipiendo ab eo baptismum fluminis, per baptismum flammis: quia est in casu, in quo non potest habere ministrum. Si autem reciperet ab eo baptismum, communicaret sibi contra prohibitionem Ecclesie, in actibus maxime prohibitis. Si autem baptizandus sit parvulus, habens parvulum debet baptizare eum, si non potest alium magis idoneum habere quam præcisum, quia cum præciso (ut prius dictum est) non licet sibi communicare pro parvulo suo. Et si ponatur habentem parvulum esse mancum, nec habere in illa regione aliquem, nisi præcisum, oportet dicere consequenter, si nullo modo communicandum est cum præciso in tali actu, quod nec tunc etiam debet parvulum suum offerre præciso baptizandum. Contra illud, quia præceptum superioris plus obligat, quia præceptum inferioris ex auctoritate Augustini prælegat: Deus autem præcipit baptismum suscipi, nec determinavit a quibus, tempore necessitatis. Ecclesia prohibet communicare cum illo, quem præcisum; ergo magis obediendum est præcepto divino, quam Ecclesie in casu illo. Præterea, plus tenetur excommunicatus vitare alium, quam alius vitare eum, quia illud præceptum de vitando excommunicato, non imponitur alicui, nisi propter ipsum, nec imponitur sibi nisi propter se: sed præcisus, vel excommunicatus in casu illo non tenetur vitare alium, immo tenetur non vitare. Si enim talis præcisus fuerit parvulum aliquem non baptizatum statim moriturum, tenetur necessario eum baptizare, & ita eum non vitare in actu baptizandi. Hoc probat, quia si inveniret eum expostum periculo vite corporalis propter famem, teneretur cum necessario inire ad salvandum vitam corporalem; magis autem tenetur diligere vitam ejus spirituales, quam corporalem: ergo quando parvulus expostus est periculo vite spiritualis, tenetur ille sibi conferre remedium necessarium ad vitam spirituales: ergo multo magis alius non tenetur vitare eundem, communicando cum eo in tali actu. Et per hoc apparet ad rationem pro secundo modo dicendi, quæ

quæ procedit ex præcepto Ecclesie. Illa etiam prohibitio universaliter intelligitur, quando præceptum majoris non obligat ad contrarium præceptum, aut legis nature: & præceptum Evangelicum majus est præcepto Ecclesie tantum. Ubi ergo præceptum legis nature obligat sic ad salvandum vitam proximam corporalem, & multo magis spirituales: & præceptum divinum de conferendo, & suscipiendo baptismum, magis obediendum est præcepto superioris, quam vitandus est aliquis in actibus istis propter præceptum Ecclesie ipsum vitantis. Nullus enim iudex in Ecclesia, vel legislator interpretaretur præceptum suum esse servandum in eo casu, in quo urget contra præceptum legis nature, vel divinum. Potest ergo quantum ad articulum illum teneri sententia media quantum ad adultum, quod ad hoc licet recipere baptismum a præciso, si alius minister haberi non potest, & hoc videtur haberi ab Augustino, de bapt. contra Donatistas lib. 6. cap. 9. satis cito post princ. *Potest tradere separatus, sicut potest habere separatus, sed vitare tradere. Ille autem cui tradit, potest salubriter accipere, si ipse non separatus accipiat, sicut plebisque accidit, ut Catholico animo, & corde ab unitate pacis non alienato, aliquis necessitate mortis urgentis ad aliquem hereticum irruerent, & ab eo Christi baptismum sine illius perveritate perciperent, & sine desinisse vitare nequaquam apud eos remaneret, ad quos nunquam corde transferant.* Potest etiam forte non recipere, quia baptismus flammis sibi sufficit, si propter reverentiam Ecclesie talém vitet: pensatis tamen omnibus, melius videtur quod a tali recipiat, quam quod de vita hac sine baptismo decedat. Quantum autem ad parvulum, si nullus possit haberi non præcisus, qui eum baptizaret, & immineret periculum, quod non possit expectari habere ministrum idoneum, tenetur necessario ille offerre parvulum suum præciso: nimis enim a duris esset dicere, quod tenetur parvulum suum perpetuo damnari permittere, cum possit habere alium qui cum baptizet, cum salvetur a quoocunque baptizetur etiam si paganus baptizaret, secundum illud de consecr. distinct. 4. c. Romanus.

Quantum autem ad secundum membrum distinctionis; scilicet de malo non præciso ab Ecclesia. Si est occulte malus, ita quod vita ejus non sit scandalosa populo, si bene conceditur, quod possit aliquis a tali, immo debet recipere baptismum, si alius debeat, quia propter peccatum quod non est notorium, non debet aliquis in actibus notoriis vitare proximum. Si autem est publice, vel notorie malus, usque publice fornicatus, aut hujusmodi, aut incumbit sibi ex officio dispensare Sacramentum Baptismi, utpote quia est Sacerdos, vel Curatus parochialis; aut non incumbit, tamen congruet ratione officii, utpote, quia est Sacerdos aliquis datus, vel vocatus in ad-jutorium Curati. Si primo modo, non peccat qui recipit baptismum pro se, vel pro parvulo suo, quia non peccat, qui a malo debitum petit, vel accipit: Ille autem Curatus debitor est parochie suæ in Sacramentis istis ministrandis. Si secundo modo, si possit habere

allium cui incumbit ex officio baptizare, aut æque malum, aut meliorem. Si meliorem, peccat qui ab illo recipit, quia non incumbit sibi Sacramenta ministrare: & si æque malum debet recipere a suo. Sed si nullus alius possit haberi Curator, vel Sacerdos, nisi æque malus isti, possit tamen haberi aliquis bonus laicus, & dummodo est quisvis præteritendus in isto actu: an bonus laicus Sacerdoti publice malo, an Sacerdos malus bono laico.

Et breviter, quia officium ministrandi Sacramenta in Ecclesia competit Sacerdotibus, videtur dicendum, quod quoad illum actum magis eligendus est malus Sacerdos.

Ad primum argumentum exponens est auctoritas Ambrosii, sicut expressa est in illa questione præcedenti. Intendit enim de eo qui susceptus est Ecclesiam, ut fiat discipulus baptizantis. Ad secundum dico, quod ille qui petit Baptismum a malo Sacerdote, non cooperatur illi diecæ ad peccatum mortale, operit enim ab eo actum debitum, & in hoc non delinquit, quia nullus malitia excusat eum a solvendo debiti, quo tenetur alteri. Ille etiam actus peccat: sicut solvi sine peccato, si baptizatus conteretur. Unde quantum est ex acta petentis, peccatis magis necessitat Sacerdotem ad panitentium quam ad actum peccandi. Si autem illum non peniteat, nihil imputandum est ei qui petit illum actum, quia non in quantum est peccatum petit, sed in quantum debitur est.

Ad tertium dico, quod si ille nullo modo vellet baptizare, nisi pro actu baptizandi recipiat pretium, & sic sit peccetæ simoniacus, quia vendit Sacramentum, nullo modo recipiendus est Baptismus ab eo: necque pro adulto, quia peccaret mortaliter, & non obligatur ad recipiendum Sacramentum, quando non potest recipere sine peccato mortali: necque pro parvulo suo, esto etiam quod nullus esset qui vellet baptizare in provincia.

Et si arguas, tunc exponit parvulum suum periculo damnationis?

Respondes, baptizet ipse, si possit, utpote si non est mancus, vel mutus: vel si non possit invenire aliquem in baptizando parvulum suum, nisi emendo Baptismum, debet dimittere parvulum mortali sine Baptismo, quia non sunt facienda mala, ut inde veniant bona, ad Rom. cap. 3. & quilibet magis debet diligere seipsum, quam proximum, & per consequens magis in seipso vitare peccatum mortale, quam in alio damnationem: tamen ille casus de difficili, vel nunquam contingeret, quin sine simonia committenda ex parte baptizandi, vel offerentis parvulum baptizandum, possit Baptismus haberi. Si enim ille Sacerdos vellet vendere actum suum, & nullo modo aliter concederet eam, potest ipsa emi, & nullo modo aliter concederet modo habendo oculum ad consecrationem; quia tantum valet quantum non consecrata. Si enim licet vendere calicem consecratum, nullo modo oculum habendo ad emendum, vel vendendum consecrationem.

Si autem Sacerdos nitatur vendere actum baptismationis, potest ille qui offert parvulum emere, non intendens actum illum emere, in quantum

tum est sacramentale, sed laborem Sacerdotis in illo actu, sicut conducerent hodie Sacerdotes ad celebrandum Missas, non ut ipsi vendant, & alii emant actum celebrationis, in quantum est sacramentale, quod abicit: sed ipsi vendunt laborem, & alii emunt eum, quia oportet unumquemque de suo labore taliter qualiter vivere, & vitam acquirere. (a)

QUESTIO III.

An aliquis debeat ministrare Sacramentum Baptismi, quando præsumitur baptismationem vergere in periculum vite corporalis ejus qui suscipit?

Respondeo, aut talis presumpcio est extra ex signis certis, utpote si quis non habens aquam, quam possit attingere, nisi de ponte propellat puerum in fluvium, vel nata est mors certum est quod quantum est ex ratione talis actus nata est mors subsequi, quia submersio. Dico quod quando sic presumitur mors, nullo modo debet aliquis eum propellere, aut projicere, quia peccabit mortali iter occidendo, & quilibet tenetur magis vitare peccatum mortale in seipso, quam quærere salutem proximi, quia ordinata charitas magis est ad seipsum (b). Dicitur etiam quod talis sic projectus non esset baptizatus, quia Baptismus est ablutio ordinata ad vitam illius ablutus: non sic ordinatur talis dimersio: est electus ergo in tali casu aliquis panis dimittendus in puteum, vel fluvium, (si non habetur vas in quo possit aqua hauriri) & de illo panis aqua exprimens, & baptizetur talis.

Quod si presumpcio illa de morte imminet, vel acceleranda, propter Baptismum non fit certa, sed levis, & facta irrationabilis, utpote si parvulus, vel adultus est in articulo mortis constitutus. Dico quod habens conscientiam de acceleratione mortis talis infirmi per baptismationem ejus, habet conscientiam erroneam, quæ si nullus alius adit qui baptizet, facit eum perplexum; nullus enim perplexus est ex lege divina, sed potest esse in aliquo actu, vel actu perplexus est erronea conscientia: nam si ille decedat sine Baptismo, damnatur ergo ille tenetur de necessitate salutis, (si nullus adit) baptizare illum, ne damnetur: magis enim tenetur diligere vitam ejus æternam, quam vitam ejus temporalem. Si ergo peccaret, non salvando in casu necessitatis vitam ejus corporalem, puta permittere eum submergi, nolendo ei potrigere manum ad extrahendum, multo magis peccaret mortaliter permitiendo istam damnari propter defectum baptismi. Si etiam ille stante illa conscientia erronea, quod baptizandum acceleret mortem, baptizet: peccat etiam mortaliter, quia secundum conscientiam suam facit homicidium.

Quid ergo? Necessè est (si nullus alius adit qui possit baptizare) dimittere istam conscientiam, quia in casu illo nullum est aliud remedium.

dium vitandi peccatum mortale. Appare etiam satis rationabiliter, quod illa praesumptio est fatua, & irrationabilis, quia non nullum noceret etiam graviter infirmo parum aspersi de aqua in capite: & si forte aqua frigida noceret, saltem tepida non noceret, quia parvuli tenerissimi pro remedio balneantur aqua tepida. Sed numquid baptizans cum illa conscientia erronea est irregularis, si post mors sequatur? Respondo: non est irregularis, quia nulla lex Ecclesiastica, quantum ad illud, reddit irregularis, nisi vere homicidam: iste autem secundum veritatem non est homicida; tamen post mortem illius baptizati, sicut illa conscientia, tenetur se habere tanquam irregularem, quia se habet tanquam homicidam, sed cessante, vel amota illa conscientia, non oportet dispensationem querere, quia sanquam fuit vere irregularis.

Et si quaeras, cui magis sit cavendum, clerico, vel laico baptizare infirmum constitutum in articulo mortis? Dico quod neutri est cavendum, quia neuter transgreditur preceptum divinum de non occidendo, nec clericus panam aliquam repellentem ipsum a clericatu incurrit; si tamen uterque poneretur aequaliter habere conscientiam erroneam simpliciter, neuter possit baptizare, quia preceptum divinum utrumque aequè ligat, & contra illud uterque secundum suam conscientiam facit; clericus tamen secundum opinionem suam iustam crederet se incurtere aliam panam ultra peccatum mortale, & ideo ipse habet plura retractiva in casu illo, quam laicus.

DISTINCTIO V.

Postquam Magister determinavit distinctam, & de potestate ministrum: hic determinat de eius statu, & gradu. De gradu in primo capitulo. De statu in sequenti capitulo. De illis vero qui ab haereticis. (*Hoc etiam sciendum est.*) Haec est tertia pars istius 6. distinctae, quae simpliciter (a) potest continuari dupliciter cum praecedentibus sicut pars principalis contra incidentalem, & potest dividi uno modo, ut dividatur contra totum praecedens de Baptismo a principio distinctae, tertiae, sicut pars principalis contra incidentalem, & sic divisa est distinctae. 3. Alio modo ut distinguatur contra ea quae praecedunt distinctae, 5. & 6. ut dicitur prius fuisse determinata de ordine ministrum. Secundo de conditione ministrandi, sive sic, sive sic, eadem est sententia. Ista pars dividitur in duas partes. Primo namque determinat de quibusdam concurrentibus in Baptismo: secundum de quibusdam praesentibus ad administrationem Baptismi dicitur catechismis, ibi (*Perro cuncti*). Prima pars habet 6. In prima namque tractat ipse de unitate Baptismi. Secundo de suscipiente ibi, (*Illud etiam ignorandum.*) Tertio de forma, ibi. (*Quasi etiam solet.*) Quarto de certitudine habenda circa suscipientem, ibi (*Præterea*). Quinto de intentione ministrum, ibi. (*Solet etiam quaeri*) Sexto de tempore baptizandi, ibi, (*Cognoscendum etiam.*)

Cir-

a a. l. simpliciter.

Circa istam distinctam querendum est de quatuor. Primo, de gradu ministrum. Secundo, de unitate baptismi. Tertio, de intentione ministrum. Quarto, de iterabilitate baptismi.

QUESTIO I.

Utrum solus Sacerdos possit baptizare.

ET arguitur quod sic. Idorus de officio libri 2. c. 25. *Constat Baptismum quod sic Sacerdotibus tradidit. Præterea, soli Sacerdoti concessum est dimittere peccata Joan. 20. & Matth. 18.* In Baptismo autem peccata dimittuntur; ergo, &c. Oppositum autem *distinctione 4. Romanus*, ubi dicitur, quod *Romanus Pontifex hominem non iudicat, qui baptizat, sed Spiritus sanctus subministrat gratiam Baptismi, licet Paganus si qui baptizat, multo magis, vel aqua quilibet Christianus.*

Respondeo, cum oportet baptizantem ablucere baptizatum, quod est active facere corpus ejus contingit ab aqua, & hoc vel per motionem corporis ad aquam, ut pote immergendo, vel per motionem aquae ad corpus ejus, puta perluendo, vel aspergendo: necessarium requiritur in baptizante virtus motiva, quae possit aliquo illorum modorum active ablucere alium.

Cum etiam oporteat ministrum proferre verba, in quibus est forma, necesse est ipsum posse loqui. Cum etiam requiratur intentio in ministro, (ut dicitur in tertio articulo) necesse est ipsum habere usum rationis.

Simpliciter ergo nullam suppositam naturam intellectualis excludit a posse baptizare, nisi propter aliquem illorum trium defectuum, vel propter plures, vel omnium simul. Cum ergo non Sacerdos vel possit possint habere, & habeant haec tria, sequitur, quod simpliciter possint baptizare. Dixi autem generaliter *suppositum naturam intellectualis*, quia si bonus Angelus baptizaret in corpore assumpto cum omnibus praedictis conditionibus, tunc supponendum esset, verum esse ejus Baptismum, quia non ferret, nisi de precepto Dei, nec esset ille baptizatus ab Angelo iterum rebaptizandus, sicut Michael prohibuit Episcopo dedicare Ecclesiam suam in monte Gargano, asserens eam a se dedicatam fuisse. Si etiam malus Angelus in corpore assumpto baptizet, & constat quod esset de precepto Dei talis habendus esset pro baptizato, quia oportet malum Angelum, etiam invitum obedire Deo. Sed non esset sine certa revelatione super hoc habita credendum, quod malus Angelus vere baptizaret. Tum, quia Deus non ministrat Sacramenta per exclusivam finaliter a salute. Tum, quia si non esset actus de precepto divino ad oppositum, supponendum esset semper ipsum fraudulentem agere, nec complere facere ea, quae essent necessaria ad salutem baptizati propter inimicitiam quam habet ad gloriam hominum ex invidia procedentem. Generaliter etiam congruum est ab homine viatore conferri Baptismum, & non ab Angelo aliquo. Tum, quia Christus qui instituit, homo fuit. Tum, quia in Sacramento est aliquid